



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Paraenesis De Eleemosyna

Alardus <Aemstelredamus>

[Köln], 1545

VD16 A 1250

Qvid nam sit eleemosyna.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63012)

DE ELEEMOSYNA.

dis, alijsq; id genus factis & erroneis. Præterea, num in quosuis citra delectum sit eroganda. Post quis sit legitimus eleemosynæ usus. Item dominū non ad ea quæ largiuntur, sed uoluntatem respicere largientium. Postea quantas uires habeat, & quibus donanda sit præmijs. Ad extremum, quo quotquot adestis ex æquo pijs atque misericordes, p̄p̄rioribus animis in prouehendam pauperum inopiam incumbatis, ex selectioribus ueterum commentarijs adijciemus cohortationes aliquot plurimum allaturas adiumenti in eleemosynas hilariter impartendas.

Quid nam sit eleemosyna.

SIT igitur eleemosyna per quam ubi, quando, uatenus, & cui conuenit munus quodcunque fuerit illud hilares, lætique cū misericordia & largitate pauperi erogamus. Magna uero erit, aut quæ nobis anxie opplorantes egeāt nimium, aut quia & magna, & difficilia rogēt, aut quia in tempore sup̄peditetur. Quo pertinet illud Ecclesiast. 35. Speciosa misericordia dei in tempore tribulationis, quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis. Eleemosyna est opus in quo datur aliquid indigenti ex compassione propter deum: sic fore beatus Thomas contra gentiles libro 3. cap. 126.

Quid proprium eleemosynæ.

Chrysostronus in Epistol. priori ad Corin. cap. 9. Homilia 21. Sed si uel exiguum quiddā argenti exhibuistis, tãquam omnia uestra con